Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



30

sui operis merces reconpensabitur. Ecce autem quod peram et sacculum porta
re prohibuit. sumptus et alimenta ex eadem predicatione concedit.
Nam sequitur: In eadem autem domo manete. edentes et bibentes
que apud illos sunt. Dignus enim operarius mercede sua. Si
pax nostra recipitur. dignum est ut in eadem domo maneamus edentes
et bibentes que apud illos sunt. ut a eis terrena stipendia
consequamur: quibus patrie celestis premia offerimus. Unde etiam
paulus hec ipsa pro minimo suscipiens dicit. Si nos uobis spiri
talia seminauimus. magnum est si uestra carnalia metamus. Et
notandum quod subdit. Dignus enim operarius mercede sua. Qua iam
de mercede in operis ipsa alimenta sustentationis. ut hic merces
de labore predicationis inchoetur. quam illic de eternitatis uisione perfi
citur. Qua in re considerandum est. quod uni nostro operi duae mer
cedes debentur. Una in uita altera in patria. Una quae nos in labo
re sustentat. alia quae nos in resurrectione remunerat. Mer
ces itaque quae in presenti recipitur: hoc in nobis debet agere:
ut ad sequentem mercedem robustius tendatur. Verum quisque
predicator non ideo predicare debet. ut in hoc tempore merce
dem recipiat. sed ideo mercedem recipere ut predicare subsistat.
Quisquis namque ideo predicat. ut hic uel laudis uel muneris mer
cedem recipiat. etiam peculdubio mercede se priuat. Quisquis u
uel ea quae dicit ideo placere hominibus appetit. ut deum pla
cet quod dicit. peadem dicta non ipse sed dominus amatur. Vel idcirco ter
rena stipendia in predicatione consequitur. ne a predicationis uoce
per indigentiam lassetur. huic peculdubio ad recipiendam mercedem
nihil obstat in patria. quia superius sumpsit in uita. Sed quod nos
quod tamen dicere sine dolore non possumus. Quod nos o pastores